



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

14 An inuitus vendere res proprias cogatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

- 3 Cogitur quis vendere proprias res, quae ad victum pertinent: quoties? Res publica grauat. Annona inopia.
- 4 Intellect. l. 2. C. de patrib. qui filios distr. & quoniam pacto possit pater filium vendere.
- 5 Intellect. ad text. in c. 1. de empt. quod Peregrinis res ad victum necessaria iusto pretio vendantur. & an Eleemosyna sit in precepto: item & an cogatur quis eam pauperibus exhibere.
- 6 Cites an preferantur exteris in emptione frumenti temporali publicae inopia.
- 7 Fautore religionis ad Ecclesiam constituendam vel ampliandam, cogitur quis rem propriam vendere iusto pretio.
- 8 Fautore utilitatis publicae, cogendus est priuatus res proprias iusto pretio vendere.

Regula iuris est, ea profecto æquissima, quae definitum Rexat, neminem inuitum cogendum fore propriam rem vendere. *Linnitum. C. de contrahend. empt. l. nec emere. C. de iure delibe. linnitio. C. locat. l. nec ab initio. C. de nupr. l. dudum. C. de contrahend. emptio. Regia l. 3. tit. 5. part. 5.* excipiuntur tamen casus quidam, quibus cogitur quis vendere iusto pretio: quos tradidit gloss. & Doct. in dict. *Linnitum. gloss. & ibi Alberi. & l. in dict. l. nec emere. gloss. in dict. Regia l. 3. Roman. in l. 2. numeri. 7. ff. solut. matr. monio. Matth. de Afflict. in proemio constituit. Neapol. quast. 3. Bal. & Angel. in l. si pendentes. §. si quid cloacar. ff. de usufruct. Felin. in capit. i. vltim. notab. de Iudicis. Burgenf. in capitul. colum. §. de emptio. & vendit. Roman. singul. 777. Anton. Rube. conf. 92. Ioan. Igneus in dict. l. dudum. numer. 78. Arnol. Ferronus. in consuetud. Burdegalenf. tit. 8. §. 10. colum. 3. Hippol. in l. 1. §. quidam deponere. ff. de questio. explicat Andreas Tiraqu. lib. 1. de retrat. in prefatio. nu. 15. & in §. 3. gloss. 3. numer. 1. post gloss. optimam in leg. Iulianus. §. item Cassus. ff. de action. empt. e quibus aliquor compendio quodam attingam ad huius quaestiois cognitionem: illud equidem praefatus, quod ubi quis etiam ratione utilitatis publicae cogendus est vendere propriam rem: ea venditio fieri debet iusto pretio, quemadmodum ipse probaui *libr. 2. huius operis. c. 3. num. 5.**

Primus sane casus, quo quis rem propriam vendere cogendus erit, tunc constituitur, cum is rem ipsam Venalem exposuerit publice, & ea pertineat ad victum & vestitum hominum, etenim æquum est tunc, ac Reipublicae conueniens, etiam cessante eius rei inopia, quod publicus venditor cogatur iusto pretio vendere res, quas venditioni exposuit, textus secundum Abb. & Burg. *co. 5. in d. c. 1. de empt. idem ubi Bart. Bal. & Doct. in l. 1. C. de Episc. audi. gl. in l. non enim ff. r. r. amota. Hippol. in d. §. quidam deponere. num. 6. Dyn. & Bart. in d. l. non enim. & licet l. in d. l. nec emere. contrarium notauerit, tamen in his, quae pertinent ad victum, procedit prior sententia secundum Alber. in d. l. non enim. post alios huius opinionis auctores, quorum Opinio Communis est: & probatur multis, quae passim ad exemplum huius conclusionis adnotantur: praesertim *tex. in l. prouidendum. C. de postu. gloss. leg. 1. §. ait prator. in verb. habebunt. ff. eod. Quibus expressim traditur Aduocatos, qui Aduocationis officium publice susceperint, cogendos esse per iudicem praestare auxilium, & operas, ac patrocinium litigantibus. modo eis congrua salaria & stipendia ministrantur. notant idem Fulg. Bald. Saly. & Pau. Castren. in l. inuitum. C. de procurat. l. nec quicquam. §. Aduocatus. ff. de offi. procons. c. 1. de offi. iud. Quod si aduocatus iudici praecipienti hac in re parere noluerit, poterit iudex ad certum tempus aduocationis officium ei interdiceret *tex. in d. l. prouidendum. Roman. sing. 259. optimus ad idem text. in leg. 1. §. cura carnis ff. de offi. praefect. vrb. & in l. moris. §. sunt autem. ff. de penis. Regia l. 4. & §. utu. 19. lib. 2. ordin. quo fit, vt falsa sit interpretatio gloss. in dict. capit. 1. ubi scribit. olim potuisse cogi aduocatos litigantibus patrocinium exhibere: quia aduocatis salaria publicis expensis praestabantur: ac hac atate id fieri iuste non posse, cum à Republica publicum stipendium aduocati non habeant. Etenim haec opinio commentitia est, siquidem olim aduocatus non fuisse constituta ex publico salario, sed officio iudicis iusta merces laboris à litigantibus exigebatur. *l. properandum. §. prouidendum. C. de iudic. ubi pacto inito inter aduocatum & clientulum iuxta formam *tex. in l. 1. §. in honorariis. ff. de var. & extraor. cognit. & ea, quae traduntur in huius regni Pragmaticis sanctionibus fo. 29. Bart. l. in l. suspens. ff. de pactis. & in l. si qui. C. de postulan. cogitur tandem aduocatus praestare operas, & patrocinium ad iustitiam in Republica adsequendam, quia munus aduocationis publicae accepit, atque ita praxis apud Regia Tribunalia hanc Sententiam Frequentissimo admittit & probat. Sic & Caupo, ac Stabularius, qui semel id officium susceperit, cogitur hospites recipere. *Bart. in l. 1. ff. furti aduersus nauis. & in l. 1. §. 1. ff. nauis. cap. stabul. & in dict. §. cura carnis.******

quem Deci. sequitur alia ad id similia adducens in *Linnitum* ff. de regu. iur. addit tamen idem esse in Meretrice, quae si publico lupanari se exhibuerit, & prostituere, cogenda erit nioni ad stipulatur textus in *Litem* apud *Labeonem*. §. si qui virgines. ff. de iniur. ubi probatur, meretrici non dari actionem iniuriarum aduersus eum, qui eam causa libidinis interpellauerit. Secundo adducitur *tex. in l. verum. in 2. & in l. qui inuicem. ff. de fur.* quibus responsis constat, non teneri actione Furti eum, qui ostium domus meretricis, causa libidinis fregerit, Tertio, Decio suffragatur gloss. in *Lynica*. *C. de rap. virg. & in §. tum, & vim illatam meretrici non puniri penes à iure aduersus raptore statutus. quod post alios tradit Hippoly. in d. l. ynica. nu. 19. & in singula. 150.* Ego sane hanc opinionem Deci errorneam esse, & minime probabilem sentio. Nam licet meretrix publice meretricum fuerit professa, cogi non poterit corpus proprium ad coitum inuita alicui exhibere, tamen alius id commune fecerit. Deinde meretrix non teneatur quenquam ad coitum admittere, quod probatissimum est, cum non teneatur mortale crimen cum quolibet committere, ergo consensuale est, non posse eam inuitam compelli ad coitum, carneque commercium cum quolibet habendum. Quod adeo certum esse mihi constat, vt eius latorem probatione minime necessariam fore existimem. Quin & hanc posteriore sententia fati aperte tenuerunt *Zali. in summa. ff. veteris. rubr. si serui vendit. & Matth. de Afflict. in constit. Neapol. Rubr. 20. de violentia meretricum illata: existimantes hi duo, Iurisconsultos à naturali ratione defecisse, cum contrarium responderint: etenim Iheria & de Afflict. certissimum habuere, quod Iurisconsulti impunitam fecerint violentiam causa libidinis meretricibus publicis illatam. id vero alienum esse à Iurisconsultis ostendam manifeste: si respondero eorum autoritatibus, quos primo adduximus. Siquidem licet meretrix causa libidinis interpellata, & impetita. actione iniuriarum agere nequeat, ob vilem meretricis aestimationem, non ex hoc sequitur impune ei iniuriam fieri: nam qui vim ei fecerit, iniuriam intulerit, extra ordinem puniendus erit, atque ita accipiendum est responsum Iurisconsulti in d. §. si qui virgines. praesertim quia Iurisconsultus tractat de interpellatione meretrici facta libidinis causa, quae interpellatione honestis faminis iniuriam irrogat, non sic meretricibus. eodem pacto intelligendum erit quod responsum est in d. l. verum. etenim qui libidinis causa meretricis ostium fregerit, & ex ea fractione furtum ab aliis commissum fuerit, furti non tenetur: quia voluntas, & animus delicta distinguunt: damnum tamen aliaratione cogendus erit meretrici restituere *Bart. in d. l. verum. Angel. in l. nunquam plur. vlti. co. ff. de priuatis delictis. Deci. in ca. nam concupiscentiam. de constitum. Vnde obiter conuincitur error Hippol. qui in d. l. ynica. nu. 34. leui profecto ratione censet, posse res meretricis ab ea impune, abiq; furti vitio, & culpa iuste auferri.**

Sic quamuis Violentia meretrici illata, vel meretricis raptus non puniatur pena Constitutionis vnica. *Co. de rap. virg.* eo quod ipsa corpus vulgauerit, tamen extraordinaria pena omnino puniendus erit, qui etiam libidinis causa vim meretrici intulerit, eamque inuitam cognouerit. quod tenent *Bald. in l. vltima. ff. de rerum diuis. & Matthesia. notabil. 100.* Quamobrem Neapolitana constitutio pena mortis puniendos esse statuit eos, qui vim meretricibus fecerint. ea vero grauis est pena, tamen æquissimum sit ab hac, & similibus iniuriis homines arceri.

Secundus casus, quo quis rem propriam vendere cogitur, Publica Necessitate, & Inopia pendet, cum & si quis merces venales non exposuerit, nec eas publice venditioni obtulerit, nihilominus ad earum venditionem cogendus est, vbi Respublica annonae premitur, & quidem iusto pretio à principe, vel magistratibus definito, ne quis libere res necessarias hominum alimentis quocunque pretio grauissimo quidem ob rei penuriam vendat, hoc colligitur ex *l. 1. C. de Episcop. audi. vt Bartol. & Doct. Communiter. Panor. & alij in c. 1. de emptio. & vendit. optimus text. in l. 2. ff. de mundanis. & in simili textus in l. 1. C. vi nemi liceat in empt. ff. l. 10. Bart. in l. amonam. ff. de extraordinar. crimin. Luc. de Penna eleganter l. 1. in Cod. de quib. numeri. nemi. licet se excus. in verb. tempus. l. in l. 1. 2. col. ff. de legi. Matth. de Afflict. 3. quast. in proemio*

Neapol. Bal. & Angel. in d. §. si quis elocarij. per tex. ibi Fe-
lita. in cap. 1. de iudic. gloff. in d. l. 3. tit. 5. par. 5. oportet autem
hanc rem caute à magistratibus perpendi, vt tandè hac co-
ditione, & pretii definitione tunc vtantur, cum Republica
penuriam & inopiam rerum ad hominum victum, & ali-
menta pertinentium patiat, itidem precauentes ne ma-
ior inopia sequatur, mercibus ab his, qui eas habent, ab-
conditis.

Quod si quis post definitionem pretii à Republica, & eius
magistratibus iuste, & ex causa constitutam, merces maiori
pretio vendiderit, tenebitur plane in conscientia iudicio,
ad quod ultra pretium definitum acceperit emptori resti-
tuere, & in foro exteriori per iudicem venditoris cogendus
erit id restituere, imò & puniendus est pœna quadam iudi-
cantis arbitrio veluti legis transgressor, & cõtempor, mi-
nime hac in specie considerata responsione Cæsarium in l.
2. c. de reserua. vend. quæ hic locum non habet. Huc pertinet
in iugis substitutio in l. 2. c. de paribus qui filios distinx. qua per-
tinetur parentibus ob inopiam, & egestatem filios vende-
re, idem Regal. 7. & 8. tit. 17. part. 4. nec id omnino alie-
num est à paterna pietate, siquidem Nehem. cap. 15. Populus
sime oppressus, inquit, filii nostri, & filia nostra multa
sunt nimis accipiamus pro pretio eorum frumentum, &
comedamus & viuamus. Eademque Cæsarium lex multis
comprobari potest, quæ eleganter simul & doctè tradit An-
dreas Tiraquell. lib. 1. de verba. §. 26. num. 14. è quibus, & aliis,
quæ circa interpretationem dictæ leg. 2. variis in locis tra-
duntur, aliquot eligere constitui, quo perfectius eadem
constitutio intelligatur.

Primum etenim controuersum est, quid sibi velit dictio,
Sanguinolentos, in eadem lege expressa. nam Accursius
dictio nem istam ad patrem referendam esse censet, vt pater
sanguinolentus sit, qui filios sine iusta causa vendiderit
sanguine inquam, & capitaliter puniendus, idem Alberic.
in dictionario. Alii dictionem eandem ad filios referunt:
è quibus Alber. in d. l. 2. filios sanguinolentos interpretatur
id est, à patre venundatos: quia eorum sanguine alantur pa-
trens: vel quia pater vendendo filium eum occidat feruili
quidem conditione, quæ morti similis est. Azo autem & Pe-
trus Perticensis in Rubr. C. de infantibus expositi. filios sanguino-
lentos esse censent eos, qui à parentibus exponuntur: quia
parentes sint sanguine, & capitaliter puniendi. At Cynus,
& Salice. in d. l. 2. quasi Accursii interpretatio minime con-
ueniens sit, eo quod lex ipsa tractet de parentibus, qui iuste
& lege permittente vendunt filios: patrem sanguinolentum
inibi ob id dictum fuisse existimant, quod sanguis cõ-
tradicat necessitati famis, quæ venditioni causam dat. Cæ-
teram Alciat. lib. 2. de verbor. signific. colum. 48. & Tiraquell. num. 14.
has interpretationes commentitias esse opinati arbitran-
tur in l. 2. filios dici sanguinolentos, id est, infantes recens
natos, & adhuc sanguine menstruo madentes, idque pro-
bant ex Rubrica, cui Codicis lib. 8. titulus est, de infantibus ex-
positis liberis, & seruus: & de his, qui sanguinolentos nutriendos acceperint.
Hinc conuenit in Codice Theodosiano lib. 5. tit. 7. l. 1. quæ
hos sanguinolentos appellat recens natos, de expositis
agens. Sic & in eodem lib. 5. tit. 8. titulus est, de his, qui sangui-
nolentos emptos vel nutriendos acceperint. qui duo tituli, vt dixi, in
Iustiniani Codice vnica Rubrica continentur. tandem
Theodosiano Codice d. l. 3. tit. 8. est. leg. 1. quæ ita inquit; Si
quis à sanguine, que nupiam eiusmodi comparuerit, &c. Eius item inter-
pres inquit, Si quis infantem à sanguine emerit, ex quibus manife-
stus sit inibi dici sanguinolentos infantes recens natos. sic &
Imenalis Sanyria 7. infantem à matre rubentem appellat ob
recentem partum. Interpres autem Codicis Theodosiani,
quia id à plerisque ignoratur, fuit Anianus, auctore Tira-
quello in l. si nupiam. C. de reuoc. donat. in verbo, liberti, num. 32. quod
& inibi compertum est ex interpretationibus ipsius Codicis,
quæ separam abfque ipsis Theodosij constitutionibus
hære apud Germanos typis excusæ per Theodoricum Alu-
strensem, anno M. D. XVII. quarum initio & limine adscri-
pta est authoritas Decretalis Alarici Regis Gothorum, eu-
ius præcepto Anianus ipse vir spectabilis è legibus Codicis
Theodosiani, & ex libris sententiarum Pauli & Cæii iuris-
consultorum, & quibusdã Cæsarium Nouellis librum illum
interpretationum segregatim edidit, eadem Alarici Regis
præfatio extat in initio Codic. Theodosiani, quem nuper
integrum ex decem & sex liberis typis tradidit

Tilius Engolismensis omittis Pauli & Cæii sententiis, & An-
iani interpretationibus, quem quidem librum non ipsam
integrum Theodosii Codicè opinabar olim habuisse Gra-
tianum, qui dum ex Theodosiano Codice, aureo Decreto-
rum libro legem aliquam interfecere profiteretur, non ipsam
Theodosii legem, sed Aniani interpretationem refert, &
scribit, quod ex variis Decretorum locis constat, præ-
sertim in capit. index criminorum. 2. qu. 1. quo in loco omittis ele-
ganti Constantini Cæsaris constitutione Gratianus sum-
mam Aniani retulit. Sic & in ea. quoties post audiam causam. 2.
qu. 11. 6. ex eodem lib. Codicis Theodosiani, tit. penult. sententiarum
Pauli Iurisperiti, simul interpretationem Aniani veluti
Pauli sententiam & eius verba interfecit idem Gratianus,
apud quem dum legitur, sequenda audientia, legendum est,
secunda audientia. item dum legitur, possessiones, scriben-
dum erit, pensiones, idem actum est in ead. quest. 6. cap. præter.
cum quatuor proximis capitibus, quæ transcripta fuere à
Codicè Theodosiano, lib. 5. tit. 35. & sequent. sententiar. Pauli.
Quod si Gratianus integrum Theodosii Codicem habuit,
& Pauli sententiarum libros: quod fortassis magis creden-
dum est ex capit. ab eo. 2. quest. vbi Pauli simul & Aniani ver-
ba traduntur, non video qua ratione vir diligentissimus
Aniani glossemata ipsi Cæsarium legibus prætulit. For-
san ea quidè non Gratiano, sed Iuoni Carnotensi abscribèn-
da est, qui ante Gratianum eandem Aniani interpretatio-
nes Decretis admiscuit. Aliquot etenim ex hoc errore
apud Gratianum notat diligenter Anton. Augusti. lib. emen-
dat. cap. 8. qui probat, Gratianum etiam in hoc errasse, quod
falso Pauli sententiarum libros titulo, & nomine Theodosia-
ni Codicis citat. eius erroris ea causa est, quod frequentissi-
me Codicè Theodosiano publice acceperint Pauli, & Cæii
sententiarum libri. Qua ratione & nos libros sententiarum
Pauli ex Codice Theodosiano quadoque citamus. Pauli ve-
ro, & Cæii sententiis vti licet ad interpretationem & cogniti-
onem antiquitatis, tamen si Iustinianus liber, l. 2. Co. de veter.
iur. enue. prohibuerit, his libris vti ad Digestorum emenda-
tionem. Sed & de Aniani interpretationibus lector poterit
aliquot adnotare, quæ scripserit Iacob. Cuiacius in epistola
Pauli sententiis præmissa, & Briffonius, de iure Connubiorum.
pagin. 65. Ad sanguinolentos rediens, non improbo Alciati
& Tiraquelli sententiam, sed nec omnino damno eam le-
ctionem, qua in dicta leg. 2. pater coactus fame filios vendens,
sanguinolentus significatur. Nam licet hæc venditio ra-
tione quadam speciali licita sit, generalibus tamen naturæ
legibus sanguinolentam parentum impietatem ostendit.
Nec inficior ita licere parentibus filios adultos, iam non
tantum recens natos, vt sanguinolentos infantes vendere,
eadem siquidem omnino ratio est in his omnibus, nempe
dira ipsa fames. Sed & olim lege Romuli, iure patriæ pote-
statis poterat pater, etiam nulla inopia coactus filium ter-
vendere, si forte à primo, & secundo emptore fuisset ma-
numissus.

Secundo, ead. leg. 2. non tantum in venditione, sed &
in pignoris datione admittenda est: poterit etenim pater
fame oppressus filios pignori ex ea causa dare, etiam inui-
tos. gl. Communiter recepta in d. l. 2. Regia l. 9. & 8. tit. 17. par.
4. item l. 3. & l. 7. tit. 13. par. 5. Bald. in l. in suis. ff. de liber. & posth.

Tertio etiam si liceat patri filium pignori dare, & ven-
dere ob famis necessitatem, non tamen id patri licebit ob
aliam vtcunque similem causam, quod Accurs. censet in d.
l. 2. Dynus in argum. de reg. iur. in 6. Alciat. post alios in d. l. 2.
de verbo. significat. colum. 48. ex hoc asseuerans, non licere pa-
tri etiam principi filium inuitum Obsidem hosti dare, etiam
vt se redimat.

Quarto quod in d. leg. 2. statutum est, minime procedit in
filio clerico. hunc etenim pater vendere non potest. si fit in
sacris filius hic constitutus secundum Host. Ioan. Andr. &
communem in c. indecorum. de atar. & qualitat. Hippol. singul. 101.
& Gerard. à Petra sancta in singul. vlt.

Quinto ad eundem leg. 2. interpretationem est animadu-
tendum, quod Filius à patre venditus virgine dira fame,
poterit cogere ipsum patrem, vt eum redimat, & liberet,
si pater feliciorem nactus fuerit fortunam. hoc sane dedu-
citur à ratione d. leg. secunda. & in specie idem adnotarunt
Bald. in capitul. ex rescripto. de iur. iur. Felin. in capitul. cum delecta.
de rescript. versu. octavo fallit. & Hippoly. in leg. vnica. C. de r. pt.
virgin. numer. 23. probat textus, in capitul. quod pro necessitate. q. 1.
Dec. in regu. qua propter. ff. de regu. iur. Præter hæc tamen extat

Cæsarum constitutio in l. i. C. de patrib. qui filii distrah. qua prohibuitur est parentibus filios vendere, aut pignoris iure donationis ve titulo in alium transferre, tamen Romulus olim legem tulerat, qua licebat patri filium vendere, etiam ter, si forte à primo emptore, & secundo fuisset manumissus, quemadmodum auctor est Dionys. Halicarn. Hanc vero legem Numa Pompilius teste Plutarcho paululum mitigavit, statuit enim filium, cui pater uxorem dedisset, vendi non posse. Hinc adhuc constat vis illa maxima patriæ potestatis apud veteres, cuius meminit Iuriconsultus. in l. in suis ff. de liber. & posth. Denique hæc adduximus, ut cõprobaremus æquissime quem cogi rem propriam vendere ob imminuentem penuriam annonæ & mercium, & sic necessitatem, cuius ratione multa in iure permittuntur, & licet, quæ Doctor adnotarunt in ca. si quis de sur. vbi textus elegans Roman. in §. de viro. 54. fallent. ff. solut. matrimo. l. in l. principali. ff. si certum petat. Felin. in cap. querelam. de iur. iur. and. Hippolyt. in l. i. §. præterea. ff. de quaest. num. 116. & denique plures relati per Tiraquel. d. §. 26. lib. 1. de retract. gloss. l. num. 18. Sed his omnibus opportune addidero hæc de causa cogendos fore diuites eleemosynam pauperibus erogare, etiam coactione iudicis exterioris, & in foro iudiciali in casibus, quibus quis eleemosynam facere tenetur de iure diuino, & naturali, modo hæc coactio iudicis officio fiat, non iure actionis gloss. in capitul. sicut in verb. esurientium. 47. distinct. ita intellecta à iuris vtriusque professoribus, præsertim Panorm. in ca. cum causam. de electio. colum. vltim. Anani. in dist. cap. si quis propter necessitatem. colum. fina. de sur. Felin. in cap. i. colum. vltim. 1. distinct. Abb. & ibi Anton. Burgens. qui similes allegat in capitul. 1. de emptio. Est namque similis gloss. in cap. domino sancto. in verb. necessitate. 50. distinct. & in cap. exigunt. 1. quaest. 7. Alber. idem notat in dictione eleemosyna. Specula titul. de instrum. edit. §. nunc aliqua num. 66. Felin. in capitul. 1. de offic. iudic. & in cap. si quis testium de testib. Carolo Molinæ. de contract. quaest. 2. num. 73. & 74. Etenim quoties quis tenetur eleemosynam erogare, id contingit ex legali debito, auctore Thom. 2. 2. quaestio. 118. articulo. 4. ad secundam. igitur compelli poterit diues officio iudicis & magistratus pauperibus distribuere, quæ ratione iustitiæ ad commune bonum pertinentis, pauperibus elargiri tenebatur, cum ea retinens, & dare reculans omnino violat iustitiam ipsam, quæ ad communem vtilitatem ipsum debitorem constituit. quod pulchre docet Caietan. d. articulo. 4. & Dominicus à Soto de liberationis in causa pauperum, capitul. 4. ratio. 2. Vnde gloss. in dist. cap. 1. de empt. quæ de admonitione hac in re loquitur, ad coactionem erunt trahenda & deducenda, quoties contigerit casus, in quo quis sub mortali peccati culpa teneatur eleemosynam facere. Hoc sane duabus tantum conclusionibus exponemus. Prima conclusio, tenetur quis sub mortali peccato, existenti in extrema necessitate eleemosynam exhibere etiam ex bonis, quæ ei necessaria sunt ad statum, quem habet, modo ipse his non indigeat ad naturalem, & propriam necessitatem subleuandam. Hæc probatur in c. pasc. fame morientem. 86. distinct. & præterea quia illa extrema proximorum, & priuatorum necessitas præfertur necessitati, quæ alter habet, pro suo statu, & cõditione sustinendis, ergo diues existenti in extrema necessitate tenetur elargiri ea, quæ ei necessaria nõ sunt secundum naturam, quamuis pro eius statu eis idem indigeat. Deinde extrema necessitas pauperis fecit bona diuitum communia esse. d. capi. si quis propter necessitatem. cõsequens igitur fit quod diues teneatur bona illa communia pauperibus distribuere ad commune bonum, quod quidem in hunc finem tendit, ut arbitrio boni, & discreti viri maioribus necessitatibus occurratur. huic opinioni eam probantes accessere Durandus in 4. sentent. dist. 15. quaest. 6. & ibi D. Thomas qua. 2. articulo. 1. ad 4. quaest. & Paludan. qu. 3. articulo. 2. Ioan. Maior ibi, qu. 6. versum. circa tertiam conclusionem. Cardin. à Turre Cremata in c. jagulis. numero. 6. 86. dist. Conrad. de contract. qu. 19. conclusio. 3. Syluest. in verb. eleemosyna. §. 1. & 1. quaest. Altra in. in Vesperia. conclusio. 1. corolla. 4. [Et in aurea Rosa. qu. impertinenti. cas. 57. Abulensis in Matth. capitul. 6. qu. 34. & 35.] idem sentit Thom. 2. 2. qu. 118. articulo. 4. ad secundam. vbi scribit ex debito legali teneri quem ad eleemosynam altero ex duobus casibus, vel propter extremam alterius necessitatem, vel quod sibi superfluum bona. repetit ipse Thom. 2. 2. qu. 32. art. 6. dum à regula per eum proposita quod eleemosyna non sit ex præcepto quo ad bona necessaria pro cuiusque statu, & dignitate, excipit casum extremae necessitatis. eandem sententiam veriorum ac magis re-

ceptam esse opinatur Ioann. à Medina in tractat. de eleemosyna. de necessitate dandi eleemosynam. idem sentit Caiet. dist. 15. 6. & plane fatetur eam sequutus, post huius operis vnam & alteram editionem Anton. à Corduba, libro. 1. Quaestio. 1. cap. 26. tamen si contrariam sententiam conentur probare, & veram esse contendat idem Caiet. in summa, verb. eleemosyna. Florent. 2. part. titul. 1. capitul. 24. §. 5. Abb. in cap. si vero. colum. vltim. de iur. iur. quibus ad stipulantur, ut quibusdam vltim. est, ipse D. Thom. scripta in dist. quaestio. 32. articulo. 5. & 6. quorum sensum eruditissime explicat idem Caietan. in capitulo de præcepto eleemosyna. priorem sententiam omnino secutus. Vnde ex his inferuntur duo, quorum alterum nullum habet controuersiam. Primum, præceptam fuisse à Deo eleemosynam erga patientes extremam necessitatem ex bonis, quæ vltra naturam, & status necessitatem alicui superfluum sunt, atque hoc præceptum sub mortali culpa reatum constitutum esse. Secundum, etsi dubium sit, deducitur tamen eleemosynam præceptam esse sub mortali crimine in casu extremae necessitatis etiã ex bonis, quæ ad statum cuiusque necessaria sunt, modo ea superflua sint, hinc deducitur tamen tenetur quis ex præcepto non solum extreme indigentibus, sed & aliis pauperibus penuria, & egestate oppressis eleemosynam facere ex his, quæ pro suo statu abundantius habet, alioquin mortali peccati reus erit, hoc probatur ex eo, quod iuxta verba Domini Lucae ca. 3. iubetur quis abundantius, vlla mentione extremae necessitatis, si habeat duas tunicas, vnam non habenti dare, & bona sua cum pauperibus communicare, quo se à gehenna ignis liberum asserat. Etenim satis est ad eleemosynam præceptam alterum ex duobus, vel extrema necessitas accipientis, vel abundantia detentorum vltra status necessitatem quo ad ipsum dantem. Quobrem hæc opinionem teneatur Thom. in 4. sentent. dist. 1. ad 4. qu. 3. & in 2. 2. d. qu. 118. articulo. 4. Richard. & Paludan. in 4. dist. 15. qu. 3. Cardin. à Turre Cremata in d. capit. in jagulis. numero. 6. conclusio. 5. Syluest. in d. qu. 1. Felin. in cap. 1. ad fin. distinct. 1. & eleganter Caieta. in dist. tract. de eleemosyna. vbi magnis rationibus contendit, hanc sententiam vbiq; deduci à verbis D. Thom. idem adnotauit Dominicus à Soto, in causa pauperum capit. 8. & licet contrarium vltim fuerit Alexandro Halens. dist. 4. part. qu. 113. Gersoni part. 2. Alphabeto 32. littera O. Panormitano dist. c. si vero. Gabrieli, & Maiori in 4. sentent. dist. 15. qu. 7. Caietan. in tract. de indulgent. qu. 3. qui cenent extra necessitatem extremam nullum esse præceptum obligationis ad mortale crimen de danda eleemosyna, etiam si quis habeat bona minime sibi necessaria pro suo statu, & dignitate. Sic & Duran. d. qu. 6. Floren. capit. 24. §. 4. & Conradus dist. qu. 19. conclusio. 6. non audent nec priori, nec huic posteriori sententia accedere, existimantes probabile esse vtrunque, nõ tamen certum, nihilominus tutior est D. Thom. & sequentium opinio, saltem vbi contigerit grauis & maxima necessitas, etiam si ea extrema non sit, nec itidem communis sit quidem data communij necessitate, & inopia, quæ maxima non sit, nec extrema, erit locus opinioni Alexandri Halens. & eorum qui ipsum sequuntur: at si inopia, & egestas grauis sit, ac maxima, paulo quidem minor quam extrema, tunc admittendum est, quod priorem partem secuti adnotauere, sicuti censet Ioan. à Medina in dist. c. 1. de necessitate dandi eleemosynam.

Vtunque res se habeat, quantum ad coactionem exterioris iudicis officio incumbentem, & ab eo peragendam, arbitrò ipse tunc ei locum fore, cum ad sit extrema pauperum necessitas & inopia, habeantque diuites bona sibi præter naturam, status, ac dignitatis necessitatem superflua, quod omnino erit considerandum.

Huius tandem publicæ pietatis ratione statutum est, quod eodem pretio merces & res victui necessariae peregrinis & hospitibus exteris vendantur, quo publice incolis vendi solent, idque munus, ac huius sollicitudinis cura Episcopis, iudicibusque ecclesiasticis delegatur, & committitur à iure ipso. textus est in cap. de empt. & vend. vbi Cardin. & alii text. in l. i. C. de episcop. audien. quo probatur, eandem curam Episcopis incumbere, ut diligenter caueant, ne & ipsi incolis res ad victum necessariae carius quam iæquum sit, vendantur. Nam etsi mihi compertum sit id munus etiam ad seculares iudices pertinere. l. i. §. cura carnis. ff. de officio prefec. vbi iure tamen ob pietatis causam idem ecclesiasticis iudicibus committum est: que ratio, ac a. simili, & fere eadem ratione

ratione iudex ecclesiasticus poterit punire laicū qui mer-
ces multas alia cum specie ignorante emptore venderit, au-
ditore Panormi. quem Burgensis ibi sequitur in *dict. cap. 1. de
empione*. quod & Roman. scripsit in *singul. 526*. Imo consuetu-
do utcumque legit immo tempore inducta minime valebit
hanc coercionem, iusque istud seculares ob hanc causam
punendi à iudice ecclesiastico tollere quasi ea sit in pern-
iciem Reipublicæ, sicuti frequentissimo omnium consensu
adnotatur in *dict. ca. 1. maxime per Hostien. Ioan. Andr. Car-
dina. Abb. & Barb. quorum Opinio Communis*. est teste Nicolao
Boerio *de off. 69. numero. 21*. qui testatur in regno Franciæ con-
trarium omnino seruari ex generali consuetudine, quæ
curam istam iudicibus tantum secularibus detulit, abroga-
ta Episcoporum, & iudicum ecclesiasticorum in hac parte
iurisdictione, quam consuetudinem validam esse tenent gl.
in *ca. 1. cuius opinio mihi verissima videtur*, cum hæc iuris-
dictio, quæ episcopis iure humano competeat, contraria
lege humana, atque in eadem consuetudine tolli possit. Nec
vlla ex hoc constat iniquitas, nec Reipu. vlla immineret per-
niciæ, nec tandem quidquam irrationabile hinc oritur,
modo magistratus seculares solerti cura, & diligentia huic
negotio incumbant, ac intendant. Hoc item apud Hispanos
obtentum est, legibusque Regis satis huic malo mædetur,
vbi iuribus Prætores, & Decuriones non oscitantur earum
penas exequuntur, minime contentientes hanc curam à
iudicibus ecclesiasticis impendi.

Ab eiusdem publicæ inopiæ causa rursus deducitur ratio
eius quod Bartol. quandam sententiam inducentes practici
sapientissime in iudicium deducunt, nempe quod tempore, quo
alest annonæ caritas & publica inopia cogendi sunt ciues
alimento ex agris illius civitatis collectum civibus, &
oppidanis vendere potius quam exteris, iusto tamen precio
sicut eo, quod ab exteris in cōventionem deductum fuerit,
si iam emptio præcesserit: etenim secundum eos pote-
rent ciues hoc frumentum iam exteris venditum eodem
pretio accipere inuitis emptoribus & venditoribus. allegat
tur ad hoc text. in *l. 1. C. de metallar. libro. vendicimo*. quo in loco
Bartol. primus omnium, & deinde Angelus, Platea, & Lu-
cas de Penna adnotarunt, colonum volentem vendere fru-
ctus, quos ex agro conducto sibi perceperit, cogendum esse
eos vendere domino fundi potius quam alteri, iusto quidē
pretio, atque ita dominum fundi locatorem ius prælationis
habere in emendis fructibus è re locata perceptis, idemque
tenent Roman. in *leg. 2. numero. 7. ff. solut. matrimo. Iason. in l. vii.
numero 11. Cod. de iure emphyteu. Matth. de Afflict. in proemio consi-
tutum. Neapol. qu. 3. ad fin. Felin. in capitul. 1. de iuda. Anton Burg.
in capitul. 1. de emptione. num. 18. Andr. Tiraquell. in libro 1. de retract.
§. 1. gloss. 18. numero. 3. quorum Opinio Communis. est. Cæterum quo
tem itam facilius expediam, primum admonendum esse
opinor opinionem Bart. esse receptissimam sit, falsam omni-
no esse nec iure probari: regulariter etenim nemo cogen-
tus est vni potius quam alteri vendere. *l. adum. Cod. de contra-
hend. emptio. nec Bartol. opinionem probat text. in dict. l. 1. C. de
metallar. quippe qui in metallis. & in fisco obtineat specia-
li quodam favore fisci, & metallorum, vt ea penes principē
sint, non penes priuatos. ea igitur ratione metallarum à prin-
cipe obtinentes ius fodendi metalla, & ea expurgandi, cog-
nantur metalla iusto pretio principi vendere, eam autem
constitutionem ad priuatos deducere, vt coloni cogantur
domino fundi, fructus ex fundo causa cōductionis percep-
tus vendere, durū est, ab omnique ratione prorsum alienū.
Nam et si Emphyteuta ipsius rei meliorationes vendere vo-
luerit, tunc cogendus est domino eas vendere, modo is sol-
uat tantum pretium, quantum ab extraneo detur in text. in
in *l. vltim. Cod. de iure emphyteu.* quod si id speciale est in re
emphyteutica, & in meliorationibus eiusdem rei, pro-
fecto non idem obtinebit in fructibus ab eadem re perce-
ptis. quos colonus ipse, aut emphyteuta libere poterunt
cui voluerint vendere. quamobrem mihi, nisi aliunde id
probatum fuerit, satis compertum est, dominum fundi loca-
tari non habere iure domini prælationem in emptione
fructuum ab eodem fundo perceptorum: nec quidquam
reverti quod colonus partiaris sit. & *l. Regia 55. titul. 5. par. 5.
61. 74. & 75. Tauri. [bodiel. 13. & 14. tit. 11. lib. 5. Recopilat.].* per-
mittant focius retractus, cum alter focius partem pro-
priam venderit. nam id obtinet in re communi pro indi-
uiso: secus etenim vbi res est communis, diuisis
tamen, & signatis p. am eo casu non est lo-**

cus prælationis nec retractui. legito tamen Capycium *de off.
Neapo. q. 21*.

Secundo etiam si Bartol. opinio admittenda sit, quod
negamus, ita erit intelligenda, vt tantum pretium domi-
nus fundi teneatur pro fructibus date, quantum ab alio re-
peritur, quamuis id iustum ex cedat. text. optimus in *dict. l. vi.
Cod. de iure emphyteu. vbi Salycet. & Iason. versicul. septimo princip.
Oldrad. consilio 34. probat idem text. in capitul. potuit. de locat. & in
l. pen. & vlt. Cod. de locat. pradior. ciuiv. libro vndecimo. Bartol. in l. ceterum,
§. agricul. ff. de publica. Ioannes Andr. in speculo, titul. de empr. §. nunc
dicendum in secundo versic. sed pone statutum. Andr. Tiraque. *dict. §. 1.
gloss. 18. num. quarto*, & in hac specie Matthæ. de Afflict. *dict. qu. 3.*
Nec contrarium ex Bartol. in *dict. l. 1. commode* deducipote-
test: quia dum is præmittit iusto pretio colonum cogendū
esse vendere domino potius, quam aliis, plane intelligit, ius-
tum pretium ab aliis dari, & ideo non negat, venditionem
fieri debere eo pretio, quod ab aliis datur vel recipitur, si
id iustum excedat. Etenim quamuis pretium iustum semper
in his commutationibus obseruandum sit, regulariter tamen
humana lex non rescindit contractum, nec eum
impedit, in quo pretium intra dimidium iusti pretii li-
mites excedat legem iustitiæ commutatiuæ. *l. 2. Cod. de rescind.
vendit.**

Tertio mihi probatissimum est, quod vbi respublica ino-
pia, & penuria annonæ grauat, possint habentes frumentū
omnino cogi id civibus potius, quam exteris vendere, ad
inopiam & egestatem subleuandam, atque ita præferen-
dos, oppidanos, ipsaque vrbes exteris emptione frumen-
ti collecti ex agris ipsarum vrbium. quod probatur primo,
quia ex causa publicæ inopiæ cogitur quis rem propriam
iusto pretio vendere, quemadmodum paulo ante dicebam-
us: magistratus autem cuiuslibet prouinciæ præfectus potius
eius prouinciæ quam alterius curam habere debet, si-
cuti manifestum est: igitur ciues compelli poterunt fru-
mentum tempore publicæ necessitatis in foro publico ex-
hibere, & vendere ipsis oppidanis potius quā exteris. De-
inde hoc constat charitatis ordine, quo plus tenetur quis,
ac prius subuenire quibus sanguine aut alia necessitudine
coniungitur, teste diuo Paulo ad *Galatas capitul. 6*. Dum tem-
pus, inquit habemus, operemur bonum ad omnes, maxime
autem ad domesticos fidei, consequitur ergo tempore ne-
cessitatis habentem frumentum, teneri quidem id potius
civibus, cum quibus ei est communis patria, subuenire, &
vendere, quam exteris. Præsertim quod tenetur quis patri-
æ oppressæ famæ; aliove malo totis viribus opem ferre
potius quam alteri ciuitati: cum patriæ plurimum debeatur.
His accedit Canon quintus Turonensis concilii sub
Pelagio primo in hæc verba: Vt vnaquæque ciuitas paupe-
res, & egenos incolas alimentis congruentibus pascat se-
cundum vires, vt tam vicini presbyteri, quam ciues omnes
suum pauperem pascant: quo fiet, vt ipsi pauperes per ciui-
tates alienas non fatigentur, quibus equidem verbis constat,
primum subueniendum esse pauperibus eius ciuitatis,
& Reipublicæ, in qua quisque educatus, institutusque fuerit,
deinde exteris. Postremo nemo vnquam dubitare poterit
omnibus prouinciæ ciuitatibus inopia, & penuria labo-
rantibus, quoad vnus cuiusque famem subleuandā, æquissi-
mum esse, & rationi consentaneum quod frumentum ex
vnius vrbis agris collectum primum eidem vrbi distribuatur
ad alendos ciues, qui agros illos colere, & colunt, ipsis
ciuitatis onera subeunt eamque defendunt, ac tutantur. Ex
quibus quod in praxi hætenus obtinuit, satis iure & ratio-
ne defenditur. quamuis id nequaquam probetur in *dict. l. 1. C.
de metallar. cum ea speciale fisci priuilegium cōtineat in met-
tallis, nec ad eius rationem sit necessaria publica penuria,*
nec inopia multo minus probatur ex Bartol. adnotatione,
siquidem ea falsa est, quod iam ostendimus: & si vera esset
obtineret in domino fundi erga colonum: ac ciuitas domi-
na nō est agrorum eo sensu, vt ab ea coloni eos acceperint.

Quarto præmissa hac sententia, qua diximus in praxi
obtinuisse, non est præmittendum eam tunc obtinere,
cum ciuitas ipsa apud quam frumentum extrat è propriis
agris collectum, statim, vel paulo post venditionem cum
exteris conuentam intra breue tempus boni viri arbitrio,
iure prælationis frumentum ipsum velit emere, ac
de emptione ipsa contestetur. Etenim tunc præferen-
di sunt ciues exteris dato eodem pretio quod, exteri con-
suetuerāt. At si ciues hoc iure prælationis ex intervallo post

ventionem primam uti velint ob annonæ inopiam, opinor civis fore admittendos, & exteris præferendos, modo pretium eo tempore iustum communium hominum æstimatione exteris soluendum offerant, etiam si id sit minus, quam quod exteri pro frumento dederint. apparet etenim tunc eiusdem pretii quod primo datum est, rationem habendam esse, cum intra breve tempus, aut aliud à lege hac in specie definitum, iure prælationis à primo emptore res empta retrahitur: nam eo casu emptor secundus, qui præfertur primo eius locum obtinet & ideo pretium ab eo solum soluere tenetur, ac satis est, quod id solvatur: siquid non est hæc posterior emptio à priori distincta, sed tantum loco prioris emptoris alter iure prælationis substituitur.

Quod si ex intervallo aliqua speciali causa emptor alteri vendere rem emptam cogatur, quemadmodum in hac specie quam tractamus statutum est iure publicæ utilitatis, tunc soluendum est iustum pretium, & communis æstimatione debetur: non autem id tantum pretium, quo res empta fuerit. Quia hæc emptio posterior à priori distinguitur, quandoquidem ius prælationis vel statim post primam venditionem, aut intra modicum tempus arbitrio boni viri admittendum est, nisi aliud à lege fuerit definitum, & ideo ex intervallo ratione publicæ utilitatis cogitur exteris emptor civibus vendere ad eorum soluendam inopiam, ne frumentum ex eiusdem civitatis territorio, & agris collectum pereuntibus fame civibus in exterorum alimenta à provincia extrahatur. Hæc igitur venditio est à priori distincta atque ea ratione fieri debet iusto pretio iuxta tempus, quo ipsa posterior venditio fit. quod colligitur ex Francisco de Ripa in leg. col. vlti. ff. de privileg. crediti. Hactenus de secundo casu, quo quis propriam rem vendere cogitur.

Est & tertius casus, quo quis vendere omnino compellitur propriam agrum, dominiumve favore religionis: cum ea sit necessaria ad constructionem, vel ampliationem alicuius monasterii. nam tunc dominus ipsius domus cogitur eam vendere propter publicam utilitatem, quæ ex religionis favore constat. leg. 1. ff. de iustitia & iure §. huius studii. huic sententia ad stipulatur primo textu. in l. locum. ff. de usufructu. Sed interdum, inquit Ulpianus, & solus proprietarius dominus locum religiosum facere potest. Finge enim eum testatorem inferre, cum non esset tam oppositum ubi sepeliretur. hæc enim iurisconsultus aperte in iudicium favore religionis abque consensu usufructuarii posse, & cum eius damno locum religiosum fieri, ergo eiusdem religionis favore soluto iusto pretio, poterit domus privata ab aliquo invito auferri, ut monasterium edificetur, aut iam edificatum amplietur. Secundo idem probatur in l. 2. §. si usufructum. ff. de religiosis & sumptibus funer. ubi idem Ulpianus eandem sententiam repetit, & explicat. Tertio ad idem plurimum facit textus in dicta leg. 2. §. locum. qui huc tendit, quod absque consensu habentis in fundo hereditatem, & eo invito locus effici poterit religiosus. Quarto idem constat ex l. si quis sepulchrum. in princip. ff. de religiosis & sumptibus funer. Si quis sepulchrum, inquit Iurisconsultus, habeat, viam autem ad sepulchrum non habeat, & a vicino iure prohibeatur, imperator Antoninus cum patre rescripti. iure ad sepulchrum peti precario & concedi solere, ut quoties non deberetur, imperaretur ab eo, qui fundum adiunctum habet. Præles etiam compellere debet invito pretio iter ei præstari: ita tamen, ut iudex etiam de opportunitate loci prospiciat, nec vicinus magni patiatur detrimentum. Hæc Iurisconsultus. Quinto eadem opinio fundamentum habet à leg. 1. Cod. de commun. seruo manumisso. qua cautum est, favore libertatis cogendum esse quemlibet partem quam habet in seruo vendere. ex quo texto Baldus ibi ad finem adnotavit, testatore iubente ecclesiam construere in loco communi, socium cogendum esse iusto pretio partem vendere, sequitur Baldum Felinus in capit. 1. de iudic. Iason in l. nec emere. Cod. de iure deliber. Quibus sane fit, ut frequentissimo omnium consensu receptum sit, dominum agrum, vel domum cogendum fore eam vendere iusto pretio favore religionis, ut ecclesia, vel monasterium in ea domo construatur, aut iam constructum ex ea amplietur. quam opinionem expressim tenuerunt Baldus & Angelus in capit. 1. ff. solut. matrim. Floria. in dict. leg. si quis sepulchrum. & in dict. §. locum. Felinus in capit. omnes penult. column. 1. distinctione. Bartholomæus Capola. tit. de seruit. urbanorum prædiorum. capit. 82. de sepulchro. aliterans ita seipsum obtinuisse Veronæ. idem Matthæus de Afflictis in proemio constitutionum Neapolit. quæstio 3.

numero 10. dicens sic pronunciatum fuisse in prætorio Regis Neapolit. in favorem monasterii D. Hieronymi. idem ante alios probavit & obtinuit Guilielmus de Cuneo in l. determinat. textus in l. si locus. §. cum via publica. ff. quem admodum seruum amittit. cum via, inquit, publica, vel fluminis impetu, vel ruina amissa est, vicinus proximus viam præstare debet. cuius responsio freti omnes Doctores passim scribunt, cogendum fore quempiam rem propriam vendere: cum ea ad publicam utilitatem necessaria fuerit. optimus textus in leg. 2. §. sunt qui putant. ff. ne quis in loco publico. Alberic. & Iason in l. nec emere. Hippolytus. in §. quidam deponere. Fabianus in tractatu de emptionibus 1. parte 3. questione versicul. decimonono. Anton. Rubbe. in dict. consil. 92. & fere omnes, quorum memini prima huius capituli pagina, idque etiã non soluto pretio, nec tunc loci emptio, sed iure publicæ utilitatis in specie viae publicæ permissum esse, docet Accursius in dict. §. cum via publica. ut tantum res privatorum ad utilitatem publicam ab eis iniuste tolli possint absque pretii solutione. Hoc tamen saltem esse constat. cum etsi ob utilitatem publicam privati cogi possint proprias res tradere, id fieri debet soluta eis iusta ipsarum rerum æstimatione: quod & nos obiter probavimus huius operis libro 2. capit. 3. numero 5. Sed & idem apparet ex textu in l. serui qui monetarius. glossa in l. vltim. Cod. quomodo ex causis serui pro parte liberati accipiunt. & Bald. in dict. l. serui. Iason in l. Barbarius. num. 36. ff. de officio prætor. post alios inibi. & Dec. in capit. 1. de probationibus. num. 46. Iason in l. vltim. C. si contra ius vel utilitatem publicam. Rochus Curt. in capit. vltim. de consuetud. folio parvo 46. column. 3. ubi inquit hanc Opinionem Communiem esse, quæ probatur in l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædiorum. & l. 2. tit. 1. part. 2. tit. 18. part. 3. notat Rodericus Zuarez allegat. 10. col. 2. citatur ad hoc glossa in dicta l. Barbarius. quæ tamen iuxta literarum mei Codicis contrarium asserit: tamen glossa in dict. §. cum publica. prior sententiam, quam ex ea adnotavimus, consuetudini, non iuri scripto tribuat, opinionem item communem in hac re tenuerunt Martheus Afflictus in proemio constitutionum Neapolitanarum, quæstio 4. num. 7. Abb. in capit. dilecti filii. 2. column. de arbitris. Ardid. in capit. per principalem. 9. quæstio 3. Felinus in capit. qua in ecclesiis. numer. 28. de consil. 7. Septimo eadem opinio, quam hæc tenent in favore ecclesiarum, & monasteriorum propositum, alia itidem ratione confirmatur. Nam etiam licet sit cuiuslibet proprium ædificium altius tollere. leg. alium. C. de serui. l. vltim. §. penult. ff. de serui. l. Proculus. ff. de damno infecto. l. cum eo. l. imperatores. ff. de seruit. urbanorum prædiorum. l. nullus. & l. de an. ff. de regul. iur. tamen iure prohibitum est, privatum ædificium ita altius tolli, ut ex eo videri possint religiosi, aut religiose intra proprias domos religiose habitantes: licet placuit Salyceto, post Petram, Cynem, in d. alium. quæsi favore religionis privatus ut non possit iure suo, quod habet ad tollendum altius domum suam, aperendas fenestras, & lumina quæ prospectu fuerint opportuna. Hactenus probare conati sumus, domos, & agros privatorum ab eis iniuste auferri posse titulo emptiois iusto pretio soluto, ubi id conveniat locis sacris construendis aut ampliandis. Si quidem non tantum id permissum censetur ad ampliationem monasterii iam constructi, sed & idem obtinet in favore monasterii, aut ecclesie construendæ, quod probatur autoritate Imolæ in cap. Apostolica, de dicit. 2. column. qui ex eo textu notat non minus, imo magis favendum esse ecclesiis ædificandis & construendis, quam iam constructis ex eo, quod per ecclesiarum, & monasteriorum novam erectionem augetur divini cultus honor, & cura atque ita expressim in hac quæstione censet dicendum esse Bart. Capola in d. c. 28. de sepulchro.

Ceterum si controuersiam istam maturius ac diligentius exquiramus plane compertum erit non ita præcise opinionem istam admittendam esse: aduersus quam extat iuris regula, quæ seruanda est, diligentissime, interim dum non ostenditur ab ea quicquam exceptum esse. Quamobrem videndum erit, an alicubi probatum sit in iure, quod quis cogatur vendere propriam domum aut agrum ad constructionem ecclesie, vel monasterii, ad eiusve ampliationem. Etenim hoc non probatur in dict. leg. locum. ff. de usufructu. & in d. l. 1. §. si usufructum. ff. de relig. & sumpt. fune. cum inibi privatus minime favore religionis compellatur ius suum, aut rem propriam vendere: imo eam omnino retinet, nec ab coinuito dominium auferitur. id vero tantum constitutum est, ut usufructuarius, qui à testatore habuit usufructum, cogatur

... consentire, & permittere heredem proprietarium corpus testatoris in fundum inferre, ac ei inibi sepulchrum...

Item communis sententia minime probatur in d. l. 2. §. lo- cum. ff. de religio. nam prater verba, quae paulo ante ex Iurif-...

Sic nec Iurifconsulti locus in dict. l. si quis sepulchrum. c. duin- te, vt communem teneamus sententiam: etenim ibi tra-...

Rursus quod attinet ad quintam communis opinionis probationem ex l. i. c. de commun. seru. manum. facillime tollitur,...

in signis secundum Angelum, Paulum, & alios in l. Senatus. §. vlt. ff. de legatis. i. Igitur speciale est in dict. l. i. favore libertatis...

Sexta ratio poterit refelli distinguendo necessitate publicam ab utilitate, ita quidem, vt cum necessitas publica ex-...

Vltima prioris sententiae argumentatio ex eo corrui, quod frequentissimo omnium consensu ita ad accipiendum...

His tandem explicitis ad huius questionis resolutionem primum opinor, posse principem compellere priuatum do-...

Secundo mihi videtur, non tantum principem, sed & quemcunque iudicem inferiorem posse compellere priua-...

parochialis, aut ecclesie Episcopalis. Nam cum ista ecclesie moraliter precise sint necessariae ad sacramentorum administrationem: item & ad cultum diuinum, qui ordinarie celebratur ad religionis Christiane eruditionem, & instructionem, idem omnino erit, ubi domus priuata necessaria est ad ampliationem harum ecclesiarum, modo ea ampliatio sit, vt dixi, necessaria morali quadam necessitate. optimus tex. in argumentum huius conclusionis in *cap. ad audientiam. in 1. de eccl. adifican.* atque hoc ipsum probatur ex d. §. *cum via publica.* & ex aliis iuris Casarei locis, quae in probationem prioris sententiae prima & sexta rationibus adducebam.

Tertio si priuata domus, priuataque ager iusto precio oblato petatur ad constructionem ecclesie, quae etsi valde utilis sit, non est tamen precise moraliter necessaria, aut ad ampliationem ecclesie iam olim constructae, quae quidem ampliatio etsi utilis valde sit, ad plurimum monachorum habitationem, atque vt plures ad officia diuina e plebe admittantur, poterit nihilominus ecclesia absque ea ampliatione Reipub. Christianae, & cultui religionis seruire, opinor in his casibus non posse auctoritate iudicis inferioris absque decreto principis priuatum dominium rei propriae inuiri priuari, etiam si pretium iustum ipsius rei offeratur, quod apparet ex d. l. *in iurum. Cod. de contrab. empr.* & ex his, quae modo diximus, dum rationibus prioris sententiae respondimus.

Vltimo hac in controuersia non diffiteor, aequissime iudicem facturum qui vsus frequentissima Doctorum sententia, coegerit quempiam ad venditionem proprietatis rei agrorum, domus, aut fundi quotiesis fuerit utilis ad ecclesie constructionem, vel ampliationem, si attentis circumstantiis, quae discreti iudicis arbitrio sunt examinandae, nullum, aut sane paruum detrimentum ex hac venditione priuato inferatur. Etenim in hac specie, non negauerim iustissime in praxi admitti posse priorem opinionem, quae Communis est, atque vt ita respondeam mortuo his, quae in disputatione, & examine huius quaestiones, tradidimus, praesertim in responsione ad vltimam rationem. l. 2. §. *locum. ff. de relig. & sumptib. funerum.* tamen si solum de utilitate, non precisa necessitate in ea venditione agatur.

CAPVT XV.

De precarii reuocatione, an & ea libere permitta sit.

SUMMARI A.

- 1 Precarium simpliciter constitutum, morte concedentis non extinguitur, donec ab haerede reuocetur.
- 2 Intellectus ad tex. in c. si gratioso. de rescript. in 6.
- 3 Precarium expressim constitutum donec reuocatum fuerit, non expirat morte concedentis.
- 4 Precarium constitutum expressim ad voluntatem concedentis, ipsius morte sine finitur.
- 5 Expenditur Iurisconsulti responsum in l. Lucius. ff. de donat. p. b.
- 6 Precarium non potest statim absque causa reuocari.
- 7 Inter precarium, & commodatum, quod discrimen sit.
- 8 An commodatarius qui vitatur re commodata ad aliud, quam quod sibi fuerit commodata, teneatur surri actione.

Precarium est quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu quandiu is, qui concessit, patitur, auctore Vlpiano in l. 1. ff. de precario. Ex quo constat regula iuris Casarei, & Pontificii, nam & idem Gregorius IX. respondit in ca. vlt. de precario. quae definitum est precarium libere voluntate concedentis reuocari posse. leg. 2. §. 1. ff. de precario. adeo vt non valeat pactum contrarium. d. cum precario. ff. de precario. cuius ipse mentionem feci in Epitome de sponsal. 2. part. ca. 3. §. 1. explicat Bart. in l. vbi ita donatur. ff. de donatio. causa mort. & Deci. in conf. 293. col. vlt. Sed quaestio est, an morte concedentis precarium reuocatum esse videatur, nam Iurisconsultus in dict. leg. cum precario. §. vlt. & in l. quaesitum. §. quod a Titio ff. eodem. plane respondet precarium morte concedentis minime finiri, sed ad eius heredem transire, absque noua heredis concessione, sicuti idem notant gloss. & Doct. in dict. cap. vlt. de precar. quod profecto verissimum est, secundum Paul. Castr. in l. Lucius. ff. de donatio. qui expressim scribit, heredem posse precarium datum a defuncto libere reuocare, vt in eadem l. Lucius. apparet, non tamen ex hoc sequi, quod sit necessaria noua heredis precarii concessio. siquidem ea necessaria non est, sed manet ipsum precarium datum a defuncto, donec haeres eius id reuocauerit. etiam si Accursius in dict. §. quod a Titio. perperam

contrarium existimauerit. non recto intelliges quid Iurisconsultus inibi responderit. atque haec est frequentissima ff. de donat. vbi gloss. Barto in l. contempsit. §. vlt. col. 3. Alex. ad l. vlt. & Iason. col. 5. ff. de verborum. oblig. Tiraq. de const. tit. 2. part. 1. am. pliatio. cui accedit, quod praesumendum sit, morientem in eadem durare, ac perseuerare voluntate quam decedens habuit. cap. maiores de baptis. Huic conclusioni obstat text. leges in ca. si gratioso. de rescript. in 6. quo expressum est actum, qui voluntate agentis libere reuocari potest, morte ipsius itidem reuocatum censeretur, cum voluntas morte cesset. leg. 4. ff. de locat. locatio inquit Pomponius, precariue rogatio ita facta quoad is, qui eam locat, dedisset, vellet morte eius qui locauit, aut dedit, tollitur. Sic etenim indulgentia Romani Pontificis, quae is dispensatione quadam concedit Titio, vt beneficia ecclesiastica quae alioqui absque principis licentia minime poterat possidere haberet vtique, ac retineret vtique ad ipsius Romani Pontificis voluntatis beneplacitum, per obitum concedentis omnino extinguitur, auctore Bonifacio VIII. in dict. cap. si gratioso. Quo in loco eleganter distinguitur voluntas hominis eam dignitatem obtinentis a voluntate ipsius sedis Apostolicae, & sic dignitatis, vt precariu mortuo concedente vim integrum habeat, dum a successore minime fuerit reuocata, in quo adnotandum est, an referat indulgentiam ipsam, eiusque vires conferri in voluntate Romani Pontificis, vel Papae, non expresso proprio eius nomine, an vero eius proprio nomine expressim apposito. Etenim vbi proprium nomine expressim fuerit, omnes conueniunt obitu Romani Pontificis priuilegium extingui. At si gratia concessa fuerit ad voluntatem Romani Pontificis ita simpliciter, vt nec nominis proprii, nec sedis Apostolicae mentio facta fuerit, tunc equidem Bald. Lupus, & Domin. in dict. cap. si gratioso. scribunt obitu concedentis nequaquam extingui ipsam gratiam, quia facta fuerit ad voluntatem dignitatis Pontificalis cuius nomine expressum fuerit. cap. quoniam. Abbas. offic. deleg. quibus accedere videtur Felin. in cap. ex literis. de constitut. nu. 9. asseuerans satis esse nomine officii actum expeditum fuisse, vt voluntas, in quam collatus fuit, minime expiret morte agentis. Contrarium deducitur a gl. in dict. ca. gratioso. in verb. sua. quam sequuntur inibi Archid. Ioan. de Fant. & Anch. ex quibus expressim colligit Franc. col. 3. priuilegium, gratiam ve concessam a Summo Pontifice, ita quidem, vt ad voluntatem Romani Pontificis periret morte concedentis finitam censeretur quae quidem interpretatio plurimum probatur in dict. cap. gratioso, dum in eodistinguitur concessio facta ad voluntatem sedis Apostolicae ab ea, quae facta fuerit a Romano Pontifice ad suam, nempe Romani Pontificis voluntatis beneplacitum. Non me latet, quaestio nem itam ambiguum esse, & tamen opinor, ex ipsa materia subiecta, prius, quam ex nomine proprio, vel appellatio definitum fore, an actus dignitati, vel personae tribuendus sit, secundum ea, quae ipse tractauit in ca. equi. ff. de test. inueni. deinde & illud censeo in proposita controuersia, oportet omnino vel ex re ipsa, vel ex verbis concessiois examinare, & perpendere, num actus ipse in voluntatem eius, qui summum praefatum obtinet, an in voluntatem sedis Apostolicae collatus fuerit. Quod si id constare ex his nequeat, tunc arbitror quo ad ea, quae voluntati committuntur, in dubio distinguendum esse nomen dignitatis abstractae a nomine, quod obtinenti dignitatem etiam eius ratione tribuitur, vt tandem aliud sit ipsius sedis Apostolicae nomine, aliud vero sit, quod eam obtinenti etiam ratione pontificatus congruit, nempe Papa, Summus Pontifex Romanus Pontifex, & similia. Nam cum voluntas magis proprie personae obtinenti dignitatem, quam dignitati ipsi incorporatae conueniat par est, & ratione consonum, quod actus collatus in voluntatem Romani Pontificis, ad voluntatem eius qui tunc pontificatus obtinet & actum egit, referatur potius quam ad voluntatem sedis Apostolicae. Nec refert quicquam quo ad iustum tractatum, quod actus sit nomine dignitatis, siquidem priuilegium concessum a Romano Pontifice ipsi dignitati tribuitur, & conceditur eius nomine, cum a priuato eam dignitatem minime obtinenti concedi non valeat. Et tamen iuxta priorem partem text. in d. cap. si gratioso. morte concedentis expirat. Hinc deducitur opinionem Philippi Franci veriore esse, quam & ipse colligit ex Philippo Dec. in cap. sedes de rescript. in prin. ita etiam